5. *A. aliquem est vita privare, interimere.* [Cic.] rep. 2, 32 fulmine absumptus est. Verg. Aen. 4, 601 ipsum absumere ferro Ascanium; 9, 494 me primam absumite ferro. Liv. 5, 7, 3 multi mortales ferro *igni*que absumpti sunt; 30, 6, 6 quos non oppresserat ignis, ferro absumpti; 30, 6, 9 elephanti ferro *flamma*que absumpti; 10, 1, 6 fumo ac vapore ad duo milia absumpta. Iustin. 14, 4, 14 arma vestra, quibus duces absumpsistis. Patr. 11, 298 tormentis absumptum iri. August. append. epist. 2 quem gladius absumet. Am. Marc. 29, 3, 8 quibusdam vi nimia tormentorum absumptis.

Liv. 2, 42, 4 plus hostium *fuga* quam proelium absumpsit; 9, 32, 8 anceps proelium multos utrimque absumit. Avien. or. mar. 246 (civitas) proeliorum absumpta tempestatibus. Liv. 28, 11, 9 liberis cultoribus bello absumptis; 28, 28, 12 tot imperatoribus uno bello absumptis; 31, 7, 10 exercitus bellum absumpsit; 31, 24, 3 qui sepelirent bello absumptos; 33, 3, 2 absumpserant continua bella Macedonas. Tac. hist. 4, 65 eos bellum absumpsit; ann. 12, 39. Liv. 37, 25, 12 nisi eum fraus Aetolorum absumpsisset; 42, 7, 8 pugna multos absumpserat Ligurum. Vell. 2, 119, 4 cum maximam partem absumpsisset acies. Val. Max. 3, 2, ext. 7 cum tam forti lege mortis (*sc.* certamine singulari) omnis absumpsisset; 9, 9, ext. 2 an ultio absumpserit (eum). Tertull. Marc. 2, 28 multos saevitia dei mei absumpsit. Am. Marc. 28, 2, 10 quos absumpserunt insidiae.

Cic. Tusc. 2, 20 sic corpus clade horribili absumptum extabuit (= Soph. Trach. 1056 διέφθαρμαι δέμας τὸ πᾶν). Verg. Aen. 3, 654 animam hanc quocumque absumite leto. Liv. 40, 4, 15 alii alio leto absumpti *semianimes* e nave praecipitantur. Liv. 23, 30, 12 nisi mors opportuna eum absumpsisset. Val. Max. 9, 12, in. non vulgari mortis genere absumpti sunt; 3, 5, 1. 4, 6, 5 novo mortis genere absumpta est. Colum. 6, 27, 7 foetus morte absumitur. Tac. ann. 2, 4 morte fortuita. Am. Marc. 14, 11, 24 cruciabili morte. Liv. 23, 22, 3 cum sui quemque casus per quinquennium absumpsissent; 37, 46, 10 aliis belli casibus, aliis morbo absumptis; 43, 19, 10 magna multitudo variis casibus absumpta est. Val. Max. 8, 15, 19 absumpto illo subiti casus incursu. August. serm. Patr. 38, 205 quasi non milia hominum plerumque unus casus absumat. Val. Max. 4, 6, ext. 1 Mausolum fato absumptum. Am. Marc. 19, 11, 15 quos ordo fatalis absumpsit. Cod. Theod. 16, 2, 43 si quis ex naturali sorte fuerit absumptus, alter in eius locum surrogetur.

Sall. Iug. 5, 6 fratribus morbo absumptis. Liv. 2, 52, 5; 3, 9, 12; 4, 26, 5; 27, 9, 3; 44, 20, 6. Cels. 2, 8 (pg. 49, 23 D.) is morbus maxime pueros absumit. Tac. an. 6, 32 morbo a. Aur. V. Caes. 31, 3; or. g. Rom. 9, 6. Ambr. de bono mortis 8 morbo absumptus; de Nab. Iezr. 5 quem non morbus absumpsit. Hyg. fab. 14 Tiphys morbo absumptus est. Oros. 7, 9, 15. Ps.-Acro Hor. carm. 4, 4, 28 altero in Germania morbo absumpto. — Liv. 25, 26, 15 multi eadem peste absumpti; 25, 19, 17. Hieron. Patr. 30, 611 varie peste absumptus. Cod. Theod. 9, 16, 5 (de magis) hos feralis pestis absumat (i. e. feris obiciendi sunt) = Cod. Iustin. 9, 18, 6. Liv. 40, 42, 6 quos pestilentia eius anni absumpsit; 41, 6, 6. Apul. met. 9, 2 quoad pestilentiae letalis pervicaci rabie possessus . . absumerer. Macr. sat. 1, 1, 6 quos infamis illa pestilentia Atheniensis absumpserat. Serv. Aen. 2, 7 Iuno pestilentia cives omnes absumpsit. Oros. 15, 19, 18. Liv. 21, 37, 4 iumentis prope fame absumptis; 22, 39, 14 plures fame quam ferro absumpti sunt; 23, 19, 17 dimidium *ferrum* famesque absumpsit. Tac. an. 2, 24 fame a. Am. Marc. 25, 7, 4 fame ignavissimo genere mortis absumi. Oros. 6, 19, 5 prope tertiam partem remigum fame absumptam. Liv. 21, 56, 6 intoleranda vis frigoris homines et iumenta absumpsit. Tac. hist. 1, 79 saevitia hiemis aut vulnerum absumpti. Iustin. 24, 8, 10 tempestas, quae grandine et frigore saucios absumpsit. Pallad. 8,

4, 5 ne eas imbecillas (vaccas) hibernum frigus absumat. Liv. 4, 30, 8 scabie pecora absumpta. Liv. 8, 18, 2 venenis absumptos; 26, 33, 2; 39, 52, 8. Plin. n. h. 8, 78 equitem absumptum (*sc.* veneno basilisci). Oros. 5, 18, 21 veneno absumptus. Liv. 40, 10, 6 si me senectus absumpserit. Liv. 41, 15, 2 iecur inenarrabili tabe absumptum; 41, 21, 7 cadavera tabes absumebat; 40, 29, 5 *per* tabem omnibus absumptis. Val. Max. 9, 12, ext. 3 dolore absumptus. Am. Marc. 27, 2, 8 quos dolorum absumpserat magnitudo. Val. M. 9, 12, 8 (Iul. Par.) inter usum Veneris absumptus; 9, 12, ext. 8 unius grani mora absumpsit. Cels. 5, 27 (p. 201, 24 D.) ne infirmum corpus nervorum distentio absumat. Plin. n. h. 36, 203 (carbunculo) duos consularis nuper absumptos. Suet. Tib. 53 ita (*sc.* inedia) absumptam criminosissime insectatus est.

Non addita mortis causa. Accius 564 (de Philocteta) iam iam absumor; conficit animam vis vulneris, ulceris aestus. Catull. 65, 14 Daulias absumpti fata gemens Ityli. Prop. 4, 10, 10 increpet absumptum nec sua mater Ityn. Liv. 5, 13, 12 populatores reliquias pugnae absumpsere; 9, 17, 17 ubi Alexander absumptus erat; 29, 32, 10 vanus auctor absumpti Masinissae. Vell. 2, 90, 3 illa (provincia) tot praetorios absumpsit duces. Val. Max. 4, 7, 4 (Iul. Par.) neque enim debeo illo absumpto superesse; 6, 2, ext. 4 si tu fueris absumptus; 6, 8, 4 ne corpus absumpti inveniretur. Plin. n. h. 6, 97 in qua nullum non animal absumitur incertis causis; 9, 153 nisi praeceleri vi repente rapiunt, absumi (*sc.* urinatorem); 10, 25 absumitur ab accipitre (coccyx), sola omnium avis a suo genere *interempta.* Silius 13, 718 absumptus Cannis Servilius. Iuv. 15, 91 absumpto iam toto corpore. Tac. an. 15, 44 tamquam non utilitate publica, sed in saevitiam unius absumerentur. Censor. 14, 15 multos ... hic annus absumpsit. Apul. mund. 36 omnium animalium natura *gignitur*, nutritur, absumitur. Tert. iei. psych. 7 quid aliud de exercitu eius per angelum absumpsit? id. Marc. 5, 9 quia hostes eius deus absumpserit. August. Patr. 37, 1927 qui dicebatur *mortuus*, absumptus, *finitus.* Iustin. 2, 4, 32 exercitu absumpto. Porph. Hor. carm. 1, 23, 9 ego te non ea mente persequor, ut absumam; 2, 17, 8 unus idemque ille dies utrumque nostrum absumet. Ser. Samm. 258 sic est Hortensius olim absumptus. Am. Marc. 17, 13, 19 post absumptos paene diffusosque Amicenses. Epit. Caes. 41, 1 his omnibus absumptis. Comm. Bern. Lucan. p. 19, 7 par-

turiens Iulia cum prole absumpta est. Plin. n. h. 6, 91 regem festa venatione absumi = e medio tolli.

Absumptus per superiectionem de eo dicitur, qui mortem sibi instare putat. Pl. Amph. 1058 animo malest, aquam velim; corrupta sum atque absumpta sum.

6. *Absumuntur res (putrescendo, arescendo sim.)* i. e. *dissolvuntur, extinguuntur tempore, medicamentis, denique ipsa natura, quae eadem eas gignit.* Plin. n. h. 36, 201 immensa rerum naturae portio (partio?) et in qua dubium sit plura absumat an *pariat;* 36, 131 corpora defunctorum condita in eo (sarcophago) absumi constat; ib. § 132; 23, 4 pilos absumit (cinis); 30, 115 cinis margines ulcerem absumit; 20, 93; *pariter herbae quaedam absumere dicuntur lienem, alia* 21, 169. 27, 120. 141; 22, 98 (de boletis) *minuunt* (carnes excrescentes) et tempore absumunt. Tert. res. carn. 12 terrae disciplina est herbas rursus imponere, exhibere eadem, quae absumpta sint, semina, nec prius exhibere quam absumpta. Cypr. epist. 69, 14 dominicum semen pro varietate terrae aliud absumitur, aliud in multiformem copiam cumulatur; carm. 1, 164 (III p. 288 H) terra absumptis fructum non proferet herbis. Macr. sat. 1, 8, 10 tempus esse, a quo *gignantur* cuncta absumanturque. Mart. Cap. p. 258, 8 E. Monas est ante extantia et post absumpta. Serv. Aen. 6, 418 tunc animae locum suum recipiunt, cum fuerit corpus absumptum. Corp. inscr. VI 9693 absumet singula sarcophagus.

7. *A. aliquid est usu deterere.* Liv. 34, 7, 4 in purpura, quae *teritur,* absumitur. Itala (Sessor.) Ies. 51, 8 nam sicut vestimentum, ita per tempus absumentur (*cod.* adsumentur; comedet eos vermis *Vulg.*). Corp. inscr. VIII 2388 vetustate absumptas porticus. *Cf.* Ulp. Dig. 7, 5, 5, 1 res quae in absumptione (= in abusu) sunt. Val. Max. 3, 2, 23 (Iul. Par.) scuto crebris foraminibus absumpto.

II. Translate. Plaut. Most. 365 absumpti sumus; pater inquam tuos venit, *id est periimus, actum est de nobis;* Mil. 409 dum te fidelem facere ero voluisti, absumptus' paene.

Transfertur ad animum. Ter. Phorm. 340 ille et cura et sumptu absumitur, *i. e. conficitur;* ib. 834 quo pacto satietatem amoris ait se velle absumere = amore frui donec satietur, vel poculum amoris quasi exhaurire. Ov. met. 5, 427 lacrimis absumitur omnis. Silius 4, 800 me vestris absumite votis.

Sic saepius a. vires = debilitare, frangere, consumere. Lucr.

4, 1115 (de amantibus) adde quod absumunt vireis pereuntque labore. Verg. Aen. 7, 301 absumptae in Teucros vires caelique marisque. Ov. met. 1, 543 viribus absumptis expalluit illa; 3, 693 ut ira mora vires absumere posset; 15, 353 absumptis per longum viribus aevum; art. am. 2, 439 ut levis absumptis paulatim viribus ignis Ipse latet. Colum. 2, 13, 2 radices sucum solo *auferent* vimque terrae absument; 2, 13, 3 ut absumptas vires refoveas; 4, 16, 1 ne (malleolus) soli vires absumat; 2, 2, 13 *vivacitas* (filicis) absumitur; 5, 5, 13 ne (palmites) omnia alimenta pampini absumant Plin. n. h. 17, 83 rami qui absumant alimenta; 17, 13 ut absumpto partu arborum (= exhausta vi pariendi) sequatur germinatio. Mamert. pan. in Max. 2 quicquid spiritus et vocis habemus, omne id in laudibus tuis a. Am. M. 19, 2, 14 exiguas vires labor absumpsit. Heges. 1, 12 (de homine ex gravi morbo recreato) dum negotia repetit militaria, *comminuit* omnem suae vigorem salutis viresque absumpsit atque ita mortuus est. Cael. Aur. ac. 1, 78 phlebotomiae par, quae necessario vires absumat. Cod. Theod. 8, 5, 1 cogant, quicquid virium habent, absumere.

Similiter Catull. 64, 242 in adsiduos absumens lumina fletus. Val. Max. 7, 7, 1 florem iuventae pro re publica absumpserat; 8, 11, ext. 5 (de Euphranore pictore) omni impetu cogitationis in superiore opere absumpto. Plin. n. h. 11, 169 absumpta senectus in equis intelligitur dentium brocchitate (*i. e.* vis vitalis ita absumpta, ut adsit senectus); Macr. s. Scip. 2, 10, 12 impetu caloris absumpto.

Verg. Aen. 1, 555 sin absumpta salus = *omni salutis spe sublata.* Amm. Marc. 25, 3, 9 spe vivendi absumpta; 31, 13, 8 exclamat omnem spem absumptam. Cael. Aur. ac. 2, 216 si omnis spes fuerit absumpta, erit per clysterem cibus iniciendus.

Varia. Bell. Alex. 7, 2 *interpol.* [ut multa oratio *frustra* absumeretur.] — Ov. met. 1, 741 ungulaque in quinos dilapsa absumitur ungues = exit. Plin. n. h. 22, 93 (tunica boleti) in pediculi corpus absumitur. — Val. Max. 8, 6, 4 sua lex Varium domesticis laqueis constrictum absumpsit. — Colum. 2, 10, 1 lupinum minimum operarum absumit; 13, 1, 6 quae res quot operas absumat, parum certum est. Ulp. Dig. 29, 4, 6 princ. si legata absumant dodrantem. — Cod. Iust. 6, 37, 15 facultates debito absumuntur. — Plin. n. h. 2, 184 bis anno absumi umbras; 5, 56 cum in eo tractu absumantur umbrae; 6, 171 umbrae in totum absumuntur. Amm. M. 22, 15, 31 contemplabitur umbras ab-

sumi. Plin. n. h. 5, 58 hae (ampliores aquae) serendi tempora absumunt.

Apud scriptores ecclesiasticos. Tert. apol. 48 non absumit (*ignis* iudicio dei missus) quod exurit, sed dum erogat, reparat; res. carn. 54; d. an. 30. 53. Za. Patr. 20, 1151 exuviis veteris hominis absumptis. Hilar. trin. 10, 52 M. non ut deum Verbum et in animam et in corpus absumat. Ambr. hex. 6, 8, 52 paupertas mercedem suam (*sc.* in paradiso) reservat, census absumit; de off. min. 2, 16, 83 septem annos infecundos, quorum sterilitas absumptura foret ubertatem superiorum. Hier. Patr. 25, 274 ut omnia quae superaedificasti, malae conscientiae tuae *ignis* absumat. August. c. Iul. 6, 19, 61 error absumptus est; ib. 3, 26, 62 spiritus mala desideria non absumit; Patr. 46, 860 absumptae (= absorptae. *cf.* Arch. VI 190. Ep. Corinth. 1, 15, 54) morti. Cassiod. ps. Patr. 70, 183 *calor* vitiorum sordes absumens.

Apud iuris consultos. Cod. Iustin. 7, 29, 4 nec domini intentio ullo longi temporis spatio absumitur (der Anspruch des Eigentümers erlischt nicht); 7, 30, 3 intentionem tuam usucapio non absumpsit; 3, 32, 24. — Cod. Theod. 9, 14, 3, 5 tempore, quo usus fructus absumitur; 1, 16, 6 ut censurae nostrae vigor eos absumat.

Apud grammaticos. Gr. lat. VII 246, 29 K. ultima verbi syllaba videtur absumi, unde synalipha dicitur; 246, 34. 247, 3. 6. 251, 13.

Transfertur ad tempus. Diem noctem aestatem sim. absumere is plerumque dicitur, qui omissis gravioribus negotiis nimis diu inutilem in aliqua re operam ponit; quamquam etiam de laudabili opera usurpatur.

a. *cum abl. gerundii vel gerundivi.* Cic. p. Quinct. 34 tempus dicendo (Verr. II 96 *con*sumere). Liv. 2, 4, 3 omne id tempus cum coniuratis consultando; 6, 32, 11 aliquot dies vastando agro absumpti; 10, 39, 6 comminando magis quam inferendo pugnam dies absumebatur; 21, 49, 11 demendis armamentis tempus; 22, 22, 16 diem insequentem a. cum Bostare mandatis accipiendis; 22, 49, 9 cave *frustra* miserando exiguum tempus e manibus hostium evadendi absumas; 26, 51, 3 paucos dies exercendis copiis; 27, 13, 3 quos vincendo priorem aestatem absumpsistis; 27, 17, 1 hiemem reconciliandis barbarorum animis; 27, 20, 2 reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis; 27, 32, 1 primum diem populando; 31, 45, 9 oppugnanda urbe; 32, 28, 5 quaerendo regem

maiorem anni partem; 33, 48, 8 aliquot horas aptandis armamentis; 35, 30, 12 insequentes dies vastandis agris; 38, 26, 1 biduum natura exploranda; 45, 37, 6 quattuor horas dicendo a. Tac. hist. 2, 21 nox parandis operibus absumpta (= Ammian. 31, 15, 6 parandis operibus dies et nox omnis absumpta); ann. 2, 8 plures dies efficiendis pontibus absumpti. Macr. sat. 1, 8, 10. 1, 12, 39.

b. *cum ablat. substant.* Liv. 28, 6, 1 tempus occultis conloquiis; 30, 8, 3 levibus proeliis diem absumpsit; 30, 10, 9 die segni navigatione absumpto; 32, 19, 13 perpetuis orationibus; 37, 11, 4 cum diem non tam apparatu *(in* app. *Mart. Hertz)* absumpsisset; 38, 44, 1 certamine consulum biduum absumptum est. Plin. n. h. 6, 103 stativis dies. Sil. 13, 393 dies absumpta querelis. Tac. Agr. 21 hiems saluberrimis consiliis absumpta; Germ. 11 tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. Plin. ep. 1, 9, 3 quot dies quam frigidis rebus absumpsi!

c. *cum praepositionibus.* Colum. 2, 12, 9 dies absumamus aut *in* satione aut *in* vecturis; 3, 9, 5 quicquid morae est, in exploratione absumitur. Curt. 6, 5, 32 XIII dies in obsequi*um* desiderii eius absumpti sunt. Curt. 8, 6, 11 in permutandis stationum vicibus . . XXX et duo dies absumpti sunt. Quint. 12, 11, 15 magna in hoc pars aetatis absumitur (*seq.* tantum laboris in rebus falsis *con*sumere). Suet. Aug. 84 ne in ediscendo tempus absumeret. Ps.-Ascon. p. 126, 6 Or. ut in criminibus declamatione cumulandis tempus absumeret. — Curt. 3, 6, 8 inter has cogitationes biduo absumpto. Oros. 7, 16, 6 inter Pertinacem et Iulianum unus annus absumptus est. — Liv. 31, 42, 7 die per proelium, deinde per direptionem castrorum absumpto. Curt. 4, 7, 15 quatriduum per vastas solitudines. Suet. Caes. 23 triduo per inritas altercationes absumpto. — Tac. ann. 3, 17 biduum super hac imagine cognitionis a.

d. *cum participio.* Liv. 32, 10, 1 dies quadraginta sine ullo conatu sedentes in conspectu hostium absumpserunt. Tac. ann. 5, 7 singulos retinens partem diei absumpsit.

e. *seq. particula ut.* Amm. Marc. 23, 5, 20 plures absumptae sunt maioribus nostris aetates, ut interirent radicitus quae vexabant.

f. *absolute.* Ov. am. 1, 6, 70 temporis absumpti tam *male* testis eris; trist. 4, 10, 114 *sic* tamen absumo decipioque diem. Liv. 24, 1, 2 dies aliquot ibi *nequiquam* absumpti; 24, 20, 14 die-

bus aliquot *frustra* ibi absumptis; 26, 17, 11 *ita* aliquot dies noctesque absumptae. Sen. dial. 5, 27, 1 multum temporis *ultio* absumit. Macr. sat. 1, 12, 39 tantum dierum sine ullo mensis nomine patiebantur absumi. Ps.-Acro Hor. sat. 1, 5, 14 (tota abit hora) maior pars noctis absumpta est. Patrol. 20, 1084 tot saeculorum temporibus absumptis. August. Patr. 42, 713. 741. 743. Petr. Chrys. Pat. 52, 533 dicendi tempus absumpsimus. Scr. r. Lang. 246, 33. 449, 13 ed. W.

Absumptio, -onis. femin. actus absumendi. Ambros. de poenit. 1, 17, 95 is sibi responsum hoc habeat, quod interitus non consummatam absumptionem carnis significet, sed castigationem. Marc. somn. Scip. 2, 12, 14 Plotinus cum de corporum absumptione dissereret et hoc *dissolvi* posse pronuntiaret, quidquid effluit. — Ulp. Dig. 7, 5, 5, 1 res quae in absumptione sunt (*ibid.* aliarum rerum, quae in *abusu* consistunt).

Absurde (apsurde Ps.-Sall. rep. 2, 8, 1), adverbium adiectivi absurdus, ubi cf. Corp. gl. 5, 29 absurde ἀσυμφώνως. absurdius Cic. Phil. 8, 4. Iul. Dig. August. epist. 242, 2; absurdissime Bacch. Patr. 20, 1029. August. passim.

I. Proprie. = *absone*, ita ut auribus ingratum accidat. Cic. Tusc. 2, 12 si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur, aut si a. *canat* is, qui se haberi velit musicum, *quem locum imitatur* Ammian. 21, 1, 13 et grammaticus locutus interdum est barbare et a. cecinit musicus. Hieron. epist. 57, 5 si ad verbum interpretor, a. resonant. August. loc. in hept. 2, ad 6, 4 (Patr. 34, 505) quod utique et in graeca lingua a. videtur *sonare;* enarr. psalm. 118, v. 165 (Patr. 37, 1592) quod ei sonare videtur absurde.

II. Translate. *Refertur ad sententiam eorum, quae dicuntur = inepte.* Pl. Capt. 71 Scio a. dictum hoc derisores dicere, at ego aio *recte.* Cic. Att. 5, 1, 4 a. et *aspere* verbis vultuque responderat; acad. 2, 36 quid tam a. dici potest, quam etc.; Phil. 8, 4 quo quid absurdius dici aut *existimari* potest; de divin. 2, 119 nihil tam a. dici potest; ad Q. fr. 1, 2, 9 epistularum a. et *inusitate* scriptarum. Fest. 297, col. 1 M. a. Valgius putat 'secus' ex Graeco quod est ἑκάς dictum; 347, 2. Liv. 31, 14, 8 eos sermo prodidit a. quaedam percontantes. Gellius 1, 21, 3 videtur a. dici 'sapor sensu amaro torquet'; 7 (6), 13, 6 utrum horum dices, a. atque *ridicule* dixeris. Ps.-Acro Hor. a. p. 194 neque aliquid inter medios actus debet a. cani (quod non proposito conducat et haereat apte. Hor.). Bacch. Patr. 20, 129 neque, ut quidam absur-

dissime, aliam (*sc.* carnem) pro hac resurrecturam dicimus. Hilar. ps. 18, 3, 9 a. videbitur dixisse. August. Patr. 43, 502 absurdissime atque *insanissime* dicitur; op. imperf. c. Iul. 2, 157. 4, 41 quod absurdissime dicitur.

Plerumque addita negatione: non (nec, haud) a. dicere = recte, vere, lepide, festive. Cic. Tusc. 3, 12 nec a. Crantor . . . inquit. Liv. 35, 50, 1 nec a. adversus utrosque respondisse visus est. Velleius 2, 77, 1 haud a. dixit in carinis suis se cenam dare; 2, 83, 3 haud a. Coponius . . . multa, inquit, mehercule fecit Antonius. Tac. ann. 13, 14 ferebatur non a. dixisse. Suet. Claud. 28 ut non a. dictum sit abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur; Domit. 3 ut non a. responsum sit a Vibio Crispo 'ne muscam quidem'; id. gramm. 6 non a. ait; id. vit. Verg. (p. 59, 15 Reif.) non a. carmen se more ursae parere dicens et lambendo demum effingere. Apul. met. 10, 16 non adeo a. locutus es, furcifer; de deo Socr. 13 animalia propterea passiva non a. ut arbitror nominavi, quod sunt iisdem quibus nos perturbationibus mentis obnoxii. Gellius 15, 25, 1 Cn. Matius in mimiambis suis non a. neque *absone* finxit 'recentatur' (ἀνανεοῦται); 5, 10, 2 ἀντιστρέφοντα non nimis a. 'reciproca' appellaverunt. Charis. 155, 22 K. ῥηματικά nos non a. verbalia dixerimus (= Dosith. Gr. lat. VII 396, 6 K.) Ambr. Patr. 17, 389 non a. opera carnis dicuntur. August. d. gen. c. Man. 11, 28, 24 (Patr. 34, 439) non a. nec *improbe* dicimus. Id. civ. d. 5, 6 non usquequaque a.; op. imperf. c. Iul. 6, 30 ista non a. immortalitas dicitur, qua potest quisque non mori; de gen. ad litt. 11, 18, 24 non a. nec *improbe* dicimus; ib. 6, 6, 9 *et passim.* Serv. Aen. 1, 110 dorsum] non a. ait. Prisc. 3, 13 quidam non a. confirmant, quod etc. Myth. Vat. 3, 4, 9 anni initium ab eo (Iano) non a. nuncupatur.

A. facere. = iniuste. Pl. Epid. 326 a. facis, qui angas te animi. Q. Cic. pet. cons. 25 a. facere videare. Suet. de gramm. 6 Aurelius Opilius composuit variae eruditionis volumina, ex quibus novem unius corporis, quia scriptores ac poetas sub clientela Musarum iudicaret, non a. et fecisse et inscripsisse se ait. Apul. apol. 80 a. facit, qui . . dicit. — Cic. leg. agr. 2, 28 praetori imperat: quam id ipsum a., nihil ad me attinet; rep. 2, 28 imperite a.que fictum (Numam Pythagorae discipulum fuisse). Apul. apol. 34 respondeo ad hunc locum non minus *insulse* quam a. commentum. Ps.-Cypr. de rebapt. 17 alia huiuscemodi a.

ac *turpiter* conficta. Hieron. de nom. hebr. Patr. 23, 847 satis a. figuratum vocabulum. Val. Max. 3, 8, 6 te, Sempronia, non a. [te] gravissimis virorum operibus inserentem. Plin. n. h. 11, 79 araneorum his non a. iungatur natura digna admiratione. Mar. Vict. art. gram. (VI 111 K.) his logaoedicam metri speciem non a. coniunxerim. Gell. 16, 12 lem. de his vocabulis quae Cloatius aut satis *commode* aut nimis a. et *inlepide* ad origines linguae Graecae redigit. Apul. d. Plat. 1, 7 tesserarum figura terrae constantiam non a. sortita est. Ps.-Sall. de rep. 2, 8, 1 magistratibus creandis haud mihi apsurde placet lex, quam C. Gracchus promulgaverat. Iul. Dig. 9, 51, 2 quod si quis a. a nobis haec constitui putaverit, cogitet longe absurdius constitui neutrum lege Aquilia teneri. Ps.-Acr. in Hor. a. p. 52 verba de Graecis translata non a. Fulgent. p. 703 St. quicquid a. digestum est. Gr. lat. VII 184, 9 K. regulam a. non arbitror esse divisam. Don. Ter. Ad. 5, 5 arg. quam a. blandus conetur esse. Mar. Plot. Sac. (VI 496 K.) liber non a. compositus. Mall. Theod. Gram. VI 598, 9 K. non a. hoc metrum concluditur hoc modo. Iuven. vit. I satyra non a. composita in Paridem. Cod. Theod. 4, 8, 5 ne causa a. proclametur.

Cum verbis sentiendi: inepte, parum recte. Festus 297 Secus Verrius putat ex Graeco ἑκάς dictum: a. scilicet. Serv. Buc. 6, 14 pueri] non a. putant dictum. August. de mus. Patr. 32, 1148 absurdissime individuum putetur. Myth. Vat. 3, 11, 5 non a. putari potest. Hier. Patr. 30, 715 non a. existimamus. Prud. apoth. 884 a. fertur deus aut pars esse dei. August. c. Iul. 3, 24, 54 hoc si sentis, non a. sentis. Patr. 13, 658 quomodo multa intelligunt. August. Patr. 37, 1346 Mig. ventos intelligimus in figura non a. animas; 38, 301 quod non a. potest intelligi; ibid. 227. 332. August. Patr. 37, 1347 in allegoria non a. accipiuntur; 1407. 1525. 1544 si humilitas illa mortalitatis non a. intelligitur nox. 1564. 1857. Aug. de gen. ad litt. lib. imperf. 4, 14 (Patr. 34, 225) aether mobilior ipso aere non a. creditur. Aug. Patr. 38, 92 non a. significat. Cael. Aur. chron. 3, 117 alii non a. vaporationem probant adhibendam. Mar. Vict. Gr. VI 69 K. nos principium metrorum omnium non a. a dactylico auspicandum esse censuimus.

Gell. 18, 14, 2 graeca ipsa dixerunt, fingere autem nostra (vocabula), quoniam id a. futurum erat, noluerunt.

Absurditas, -atis. femin. *perversitas, sententia inepta, pugnans*

cum sensu communi. Claud. Mam. stat. an. 3, 13 hanc absurditatem *sententia sana* respuit. August. de gen. ad litt. 5, 8, 23 (Patr. 34, 329) ne aliqua a. vel *repugnantia* putetur esse in scripturis sanctis; civ. d. 6, 1 quid hac a. *monstruosius?* id. Patr. 43, 374 ne tanta eum sequeretur a. vel potius *dementia;* op. imperf. c. Iul. 3, 154 deformissima a.; en. psalm. Patr. 37, 1395 transferri non potest in latinum nisi cum absurditate (*cf.* loc. in heptat. 4, 8 = Patr. 34, 719 locutio quam velut absurdam et non integram latini interpretes transferre noluerunt. *Sic passim ap.* August. sequitur (consequitur) a. *in ratiocinando.* Gelas. tract. 3, 35 (epist. pontif. ed. Thiel) quae struitur defensio dogmati, absurditatis est. Cassiod. Patr. 70, 825 errores pravos sequitur semper a. — *Num. plur.* August. de mor. Manich. Patr. 32, 1366 incredibiles absurditates.

Absurdum, -i. neutrum adiectivi absurdus substantivorum modo positum = absurditas. August. contr. acad. Patr. 32, 950 redis ad illud absurdum; id. de anima 4, 14, 20 cogitatio carnalis ad absurda te compellit. Boetius Patr. 64, 1004 ex absurdis concludit.

Ab-surdus, -a, -um (absordus Capit. Car. M. 96, 5; et haec fortasse forma latet in codice Veronensi Gai inst. 1, 45 ABOSVRDVM) absonus, male sonans; cf. Varro ling. lat. p. 58 surdum (mit schlechter Akustik) theatrum. Vitr. 5, 3, 5 animadvertendum ne sit locus surdus, sed ut in eo vox quam clarissime vagari possit. Quint. 11, 3, 32 vox subsurda. (oppos. canora). — Absurdus *ἀσύφηλος, ἀδόκιμος* Corp. gl. II 249, 15; *ἀδόκιμος* reprobus II 218, 55; *ἀβέλτερος* insalsus II 215, 22; *ἄτοπος* facinerosus flagitiosus inconsequens II 250, 21; rusticus Gloss. Amplon. Absurdum *ἀνάρμοστον ἀπηχές ἀσύφηλον* Corp. gl. II 5, 34; *ἀπηχές ἄμαυρον* II 5, 47; *ἀδόκιμον* II 218, 54; dispar IV 4, 31; stultum IV 5, 21; turpe dubium IV 202, 18; turpem indignum incongruum IV 302, 22; dispar, quod non sic (sit?) aut turpe IV 486, 39; infirmum inconveniens IV 486, 40 coll. IV 5, 26; infirmum insanum vel turpem Lib. gloss.; haud a. non ineptum Gl. Abavus maiores. — Don. ad Ter. Ad. 3, 3, 22 ineptum est stultum tantum; absurdum quod et stultum est et in ipsa stultitia diversum et quasi repugnans sibi.

I. **Proprie.** Cic. de or. 3, 41 vox aut muliebris aut quasi extra modum *absona* atque absurda; div. 1, 15 (de ranis)

Vos quoque signa videtis, aquai dulcis alumnae,
Cum clamore paratis inanis fundere voces
Absurdoque sono fontis et stagna cietis.

Cic. Rosc. Am. 19 est hoc *auribus* animisque omnium absurdum. Charis. p. 185, 16 K. fortassis auribus nostris absurdius videtur (quam fortasse). Auson. techn. 4 laboravi, ut quantum eius possent apud aures indulgentissimas, absurda concinerent, insulsa resiperent. Don. ad Ter. Eun. 2, 3, 82 'quaequam' dicere absurdum est (κακόφωνον?). Isid. orig. 10, 26 (de verbo benivolentia) benevolentia absurdum *sonat*.

II. Translate. A. *De rebus.* 1) *Cum substantivis coniunctum.* Ter. Ad. 376 est hercle nostra ratio *inepta*, ne dicam dolo absurda. Ambros. expos. Luc. 7, 137 ut iuxta litteram numeri non absurda sit ratio. Agobard. adv. Fel. p. 16 Bal. forte fuisset aliquando non a. et *contemnenda* ratio. Cic. part. orat. 127 nisi plane erit a. causa. Cic. Tusc. 5, 112 non a. sententia est. Aug. civ. d. 11, 18 non mihi videtur ab operibus Dei a. s.; de gest. Pelag. 4, 12 quae s. profecto absurdissima est. Fulg. Ferr. epist. 3, 9 (Patr. 67, 897) nimis absurdam s. silentio mancipemus. Cic. p. Mur. 26 carmen cum ceteris rebus absurdum, tum in illo. Cic. de orat. 3, 61 discidium a. sane et inutile et reprehendendum. Cic. rep. 4, 4 iuventutis exercitatio quam a. in gymnasiis. Cic. Att. 7, 13, 6 cum absurdissimis mandatis. Sall. Cat. 25, 5 ingenium eius (Semproniae) haud absurdum.

Fest. p. 351, 27 M. tam absurdas opiniones. Bonif. 14 (Patr. 89, 708) erubescant pro tam a. opinionibus. Liv. 30, 44, 6 vestrae istae absurdae atque *abhorrentes* lacrimae. Sen. dial. 2, 17, 1 adversus hoc tam absurdum (maledictum) lacrimae prociderunt. Fronto p. 61, 11 (Marc.) si quod verbum absurdius aut *inconsultior* sensus erit. Apul. met. 1, 2 verba tam a. tamque immania. Gell. 17, 2, 3 'inlatebrant' verbum poeticum visum est, sed non a. neque asperum. Fronto p. 52, 9 sine istis artibus omnem orationem absurdam puto; 66, 8 indiligentiam quaesiti verbi, quod esset absurda, reprehendi; 107, 25 paronomasia non a. nec *fribola* (*cf.* Boeth. Porphyr. Patr. 64, 19 frivola atque a. quaestio). Apul. met. 1, 17 absurdo ioco; apol. 87 cum tam a. blanditiis subigitarem. Gellius 3, 12 (lemma) nova et prope a. vocabuli figura 'bibosum' dictum; 12, 13, 14 recepta interpretatio est absurdissima; 17, 1, 11 inludens tam a. criminationem. Ulp. Dig. 5, 3, 25, 19 ne res absurda sit. Charis. p. 175, 23 tota ista

declinatio adeo a. videtur, ut etiam apud auctores rarissima sit. Diomed. p. 403, 15 expergiscendus sermo absurdus videtur, *quia sensum non admittit*; 340, 17 quaestio; 494, 7 res. Paneg. XII (Pacatus Drep.) 1 cum absurdae *sinistrae*que iactantiae possit videri. Aur. Vict. Caes. 42, 24 ministrorum parte maxima absurdi mores. Amm. Marc. 15, 5, 37 Dionysium recitantem proprios versus absurdos. Aethicus 1, 10 tam *inaudita* et a. calliditas. Ps.-Acro Hor. a. p. 319 argumentum a.

Apud scriptores ecclesiasticos. Irenaeus lat. 2, 14, 9 mendacium. Patr. 11, 339 res est *disconveniens* et a., *ut* etc. Ambr. Patr. 17, 156 ut res absurdas loqui putaretur; ib. 210 res *contrarias* et a. August. Patr. 43, 435 res *falsissimas* et absurdissimas persuadere; 34, 417 (de gen. ad. litt. 10, 13, 12) nec rem absurdissimam dicimus, quod caro sine anima concupiscat; op. imperf. c. Iul. 1, 57 addis rem multo absurdiorem; 6, 9 rem absurdissimam et *detestabilissimam* cogeris dicere *et sic saepius.* Patr. 13, 44 absurda est increpatio Domini. Ambr. Patr. 17, 686 absurdo sensu. August. Patr. 37, 1545 non est sensus a. Ambr. de poenit. 1, 15, 83 non absurda videtur ad hunc locum assumptio comparationis huius; id. psalm. 118, 2, 1 non absurda nobis cecidit disputatio; id. expos. Luc. 8, 71 camelus beluinae speciem foeditatis, absurda vestigia, ora turpia praeferebat. Zach. Patr. 20, 1148 praemonitio. Hieron. adv. lib. Ruf. 1, 25 vinctam esse animam non absurdae intelligentiae est.

August. quaest. in hept. 4, 8 (Patr. 34, 719) locutio, quam velut absurdam et non integram latini interpretes transferre noluerunt; ib. 4, 49 (34, 741) non absurda est huius verbi etiam sub ista significatione positio; de gen. ad litt. 1, 2, 5 (Patr. 34, 248) an haec absurda carnalisque cogitatio est atque suspicio?; epist. 102, 1 suspicio est a.; de quant. an. Patr. 32, 1041 a. responsio; de mus. 6, Patr. 32, 1171; ib. 1060 conclusio; epist. 155, 2 in errorem absurdissimum lapsi sunt; de gen. ad litt. 4, 8, 15 deliramentum; op. imperf. c. Iul. 3, 16 absurdior correctio; Patr. 42, 200 si absurdissimi cordis esse non vultis; Patr. 43, 477 res absurdissimas fateri. — Petr. Chrys. Patr. 52, 514 absurda atque *indecens* videtur comparatio. Mar. Merc. Patr. 48, 925 homo impietatis absurdissimae. Rufin. apol. 2, 34 absurdam et *impiam* conscriptionem ab alio esse compositam. Ennod. p. 304, 21 H. absurdis respondere propositionibus. Gelas. epist. 6, 2 suasionibus absurdis facilem submittere voluntatem; id. 43, 7 nonne te

pudet absurdae huius et *imperitae* laudationis? (το ἀλλόκοτον καὶ ἀπαίδευτον). Cassiod. Patr. 70, 560 *stulta* nimis absurdaque vecordia.

2. *Genere neutro.* Absurdum est. a) *pronominibus demonstrativis aut relativis aut indefinitis subiecti (obiecti) loco positis.* Ter. Ad. 944 hoc mihi pravom, *ineptum* a. atque *alienum* a vita mea videtur. Cic. nat. d. 1, 42 nec multo absurdiora sunt ea, quae poetarum vocibus fusa ipsa suavitate nocuerunt; 1, 81 ista tam a. defendes? 2, 36 quod quoniam a. est, et sapiens a principio mundus et deus habendus est; 2, 133 at id quidem a. est; d. div. 2, 106 fac dare deos (vias ad scientiam significationis), quod a. est, quid refert si accipere non possumus? acad. 2, 132 ne quis illud tam *ineruditum* a.que respondeat; part. or. 132 id aut a. aut turpe esse defendet; opt. gen. or. 7 si quid a. aut alienum aut *subinsulsum* est; de fato 5 quaedam . . sunt absurda. Colum. 3, 10, 22 nisi tamen, quod est a. crediderunt id frugiferum, quod . . nequam fuisset. Fronto p. 152, 11 quae nova audientibus, periculum est, ne videantur absurda; 162, 5 nam id quidem a. est. Gellius 11, 16, 4 si vellem fingere, quod non insigniter asperum a.que esset; 16, 5, 4 quae scripta legi, ea ferme omnia *inconcinna* atque absurda visa sunt. 5, 8, 2 (Hyginus) quod est absurdissimum. Iavol. Dig. 41, 3, 23 princ. quod a. et minime iuri civili *conveniens* est. Aur. Vict. Caes. 20, 34 haec improbe absurda sunt. Mart. Cap. p. 114, 5 E. quod valde a. est. Macr. sat. 1, 3, 5 quod nimis a. est; 6, 8, 1 quod est absurdissimum; somn. Sc. 1, 21, 13 quod sic a. est, ut sine argumentorum patrocinio subruatur; 2, 14, 33 sequetur aliud non minus a. Cod. Iustin. 7, 54, 3, 1 aliquid a. atque *inelegans* necesse est evenire. *Et sic passim.*

b) *cum pronominibus interrogativis.* Cic. off. 3, 55 quid tam a. est, quam si praedicet etc.; Lael. 39 quid tam a. quam delectari inanibus rebus? Sen. contr. 9, 6, 11 quid est tam a. quam matrem sic locutam cum puella? — Cic. divin. 2, 98 quo quid potest dici absurdius? id. Phil. 8, 4 quo quid absurdius dici aut existimari potest? nat. d. 1, 38 quo quid absurdius quam etc.? ad Att. 14, 21, 3 quid autem absurdius? Cat. mai. 66 potest quidquam esse absurdius? August. de gen. ad litt. 5, 22, 43 (Patr. 34, 337) quid ergo absurdius, quid *insulsius* sentiri potest quam etc.? id. 10, 26, 45 (Patr. 34, 428) quid autem absurdius quam putare etc.? it. de magistr. 1 (Patr. 32, 1217) quid

autem absurdius quam etc.? Prisc. inst. 12, 9 quid enim absurdius quam .. nos pronomina pronominibus proponere?

Cic. invent. 2, 129 quam a. non negare contra legem fecisse? p. Sulla 57 iam vero illud quam *incredibile*, quam a.? Philipp. 11, 11 quam a. autem, qui praetor fieri non potuerit, petere eum consulatum? Charis. 16, 15 K. quod quam a. sit perspicuum omnibus puto; 16, 27. Cledon. p. 13, 13 K. vide qûam sit a. per tot casus errare.

c) Cic. fin. 2, 40 quo nihil mihi videtur esse absurdius; ad Att. 7, 11, 3 ego enim *ἀπορῶ*; tum nihil absurdius. Apul. met. 1, 20 nihil hac fabula fabulosius, nihil isto mendacio absurdius. August. de beata vita Patr. 32, 974 nihil enim absurdius.

d) *seq. infinitivo.* Cic. prov. cons. 37 non sortiri a. est; p. Sull. 37 esset a. mentionem Sullae facere nullam; ad Att. 2, 22, 4 a. est singula explicare; 2, 9, 1 erit a. in nos invehi; de or. 3, 65 valde est a. ei contionem committere; or. 160 a. erat barbaris casibus Graecam litteram adhibere; nat. d. 2, 31 a. est dicere mundum esse sine sensu; 2, 42. Sall. Cat. 3, 1 bene dicere haud a. est. Labeo ap. Gell. 4, 2, 12 a. admodum est dicere non sanos nasci homines. Vell. 2, 38, 1 haud a videtur . . paucis percurrere. Gell. 18, 2, 11 a. est sola virtute vitam fieri beatam dicere. Ulp. Dig. 1, 16, 4, 6 perquam a. alii iurisdictionem mandare. Solin. 2, 4 in ea animum intendere haud a. videtur. Am. M. 15, 11, 16, silere super Rhodano *incongruum* est et a.; 22, 10, 5 hunc unum ponere nec *abhorrens* a proposito nec a. Sidon. epist. 4, 6 a. est consurgere in querimonias. Sulp. Vict. rhet. min. 335, 9 H. Cael. Aur. chron. 1, 130 non est a. errores arguere; 177 est *impium* atque a. . . probare; acut. 1, 10 dicere a. est quod . . causa sit. Sulp. Vict. inst. or. 37 (Rhet. lat. min. 335, 9 H.) a. quaerere an potuerit facere. — Cic. p. Balb. 37 absurda res est caveri foedere.

e) *seq. accus. c. infin. (aut infin. passivi).* Cic. Att. 15, 11, 4 erat a. quae vovissem ea me vota dissolvere; fin. 2, 93 iam id ipsum a. maximum malum neglegi; acad. 2, 39 maxime a. vitia in ipsorum esse potestate; 2, 58; offic. 3, 28 illud quidem a. est.. aliam esse rationem civium reliquorum. Liv. 37, 52, 10 ut a. esse diceret ignorare regem quid sperans venerit. Vell. 2, 120, 1 a. erat non esse sub illo, quae ab illo vindicabantur. Quintil. 9, 2, 30 ea quae cogitasse eos non sit a. Ulp. Dig. 2, 13, 6, 9. 27, 3, 9, 4 *et passim.* Porph. Hor. epist. 1, 19, 9 a. est cantare ieiunos. Donat. Ter. Andr. 2, 6, 16 in amatore a. fuerat ingenium

celare tristitiam; Ad. 1, 1, 1 a. est comicum aperte argumenta confingere; Ad. 5, 6, 7 ut non sit a. spectatoribus Demeam tam cito esse mutatum. Hier. epist. 46, 7 a. est tantam civitatis longitudinem praedicari. Sedul. op. pasch. 5, 17 a. non videtur inquiri. Mar. Merc. Patr. 48, 618 si hoc dici a. est. Cassiod. var. 8, 21 quorum bona non a. est referri; psalm. Patr. 70, 194 non est a. templum accipi caelum. Boeth. Porph. Patr. 64, 61 quod non a. est in homine dici. Cod. Iustin. 7, 4, 15 satis *impium* atque a. est heredes testatoris differre voluntates; 7, 6, 1, 1 a. est imaginem derelinqui.

f) *seq. particula quod.* Cic. p. Sulla 31 in quo primum illud erat a., quod vobis probare volebat etc.; Lael. 90 atque illud a. quod . . . molestiam non capiunt. Cypr. epist. 75, 9 illud quoque a. quod non putant quaerendum esse quis sit ille, qui baptizaverit. Gaudent. Patr. 20, 952 nemini a. videatur, quod eos paulo ante amicis comparavi. Ambr. in Luc. 3, 16 non a. videtur, quod quaestiones dividendas putavit.

g) *seq. particula si.* Gellius 1, 4, 7 a. et nimis *coactum* foret, si nondum redditam gratiam eo ipso redditam diceret, quia debetur; 7, 13, 6 multo absurdius videbitur, si aut utrumque esse dicas aut neutrum. Apul. d. Plat. 2, 11 illud absurdius, si quis sanitatem corporis spernat. Tertull. resurr. 35 absurdissimum alioquin, si idcirco resuscitata caro occidatur in gehennam, uti finiatur; adv. Iud. 9 valde a. est, si, quem ad bellum ense cingebat, ei . . blandiebatur. Ambros. in Luc. 10, 131 qui venerat salvos facere peccatores, non a. si prius . . munus implevit. Sulp. Victor. inst. or. 21, p. 324, 4 H. a. erit, si postea in argumentatione inveniemur dicere, quod etc.; 29, p. 328, 13 a. est, si id dicat alter, quod dici contra ipsum invicem possit. Rufin. bened. Ios. 2 videamus ne forte non sit a. si dicat etc. Greg. Tur. conf. 6 a. duximus, si ea sileamus. Cassiod. hist. trip. 1, 3 non a. erit ab historia . . si illi referantur. Concilia I Mansi, 144 a. non erit, si . . conferat.

h) *seq. particula ut.* Gellius 14, 1, 4 esse nimis quam *ineptum* absurdumque, ut existimemus etc.; 16, 14, 4 id nimis *coactum* atque a. videtur, ut 'festinare' et 'fari' eadem videri debeant. Tertull. Marc. 4, 4 alioquin quam a. ut . . nostrum videatur falsum; 4, 17 alioquin quam a. ut novus deus . . contumaces pronuntiaret, quos non potuisset experiri? 4, 29 iam vero quam a. ut ille mandaret iuste iudicare, qui deum iudicem iustum de-

struebat? id de carne Chr. 10 quam a. est, ut animam solam liberaturus id genus corporis eam fecerit, quod non erat liberaturus? Gaius instit. 1, 45 erat sane a. ut X servorum domino quinque liberare liceret. Ambros. psalm. 118, 7, 21 non videtur a. ut etiam de illo dictum sit, *ac passim*. Hier. de perp. virg. b. Mar. 15 a. est, ut pauci ex Iudaeis vocati sint fratres. August. psalm. 42, 6 a. est ut inferior alloquatur superiorem. Cod. Iustin. 12, 20, 4 a. est ut in eius salutem valeat quisquam proferre sententiam. Cassiod. var. 2, 10 nimis a. est, ut etiam lucrum sibi valeant vindicare; 2, 26 satis a. est, ut affligatur damnis, qui commoda non habet actionibus; 5, 5 nimis a. est, ut . . . opprimatur.

B. *De hominibus.* Cic. de or. 2, 85 sin plane *abhorrebit* (*sc.* a virtute oratoria) et erit absurdus, ut se ad aliud studium transferat admonebo. (*Cf.* Cic. fin. 3, 31 sunt perabsurdi) Aur. Vict. Caes. 4, 13 quae (fratris filia) quamvis superiore absurdior haberetur, veneno coniugem interemit. Augustin. epist. 143, 3 moriones quanto magis a sensu communi *dissonant* magisque absurdi et *insulsi* sunt; 187, 5 si quisquam esset ita a. ut hoc sapere conaretur; 242, 5 non tibi a. videbor, *si* modum epistolarum non te pigeat recordari; in evang. Ioh. 121, 3 quis tam sit a., ut etc.; en. psalm. Patr. 37, 1375 quam a. est a rebus et humanis et divinis; serm. Patr. 38, 45 dicitur de homine absurdo; 112 vide quam sis a. atque *perversus;* 198 *errat* et nimis a. est; 315 a. est nimis humano sens*ui;* Patr. 39, 1547 tam sunt absurdi et *miseri;* 1680 absurdi sumus et erramus; Patr. 43, 405 tam *devius* et a. a divinis eloquiis; contra Iul. 5, 7, 27 vide quam sis a.; 6, 24, 75 quis ab omni sensu tam sit a.; op. impf. c. Iul. 2, 107. 6, 21.

Erläuterungen.

Das Wort absumere hat Cicero zwar in seiner Erstlingsrede pro Quinctio § 34 (tempus dicendo a.) gebraucht, später dagegen durch consumere ersetzt; in der Übersetzung eines sophokleischen Verses (Tuscul. 2, 20) hat er sich wohl einer poetischen Licenz bedient, da consumptum das Metrum ausschloſs; die Stelle de rep. 2, 32 endlich (fulmine absumptus) ist nur durch Augustin in freier Fassung erhalten und der Wortlaut durchaus nicht maſsgebend für Cicero. Verbindet man damit die Thatsache, daſs auch Cäsar das Wort nicht kennt, Livius dagegen es an etwa hundert Stellen gebraucht und namentlich oft von der Zeit anwendet, so haben wir ein deutliches Beispiel, wie sehr verschieden die Prosa des Livius von der der Republik ist. Cicero und Cäsar sagten nämlich konstant consumere

pecuniam, patrimonium, frumentum, pabulum, vires, orationem, aetatem, annum, tempus, diem, noctem, lauter Verbindungen, die wir auch für absumere nachgewiesen haben. Vgl. Merguet, Lexikon zu Cic. Reden und philosoph. Spr. sowie zu Cäsar. Es machte sich hier der ökonomische Sinn der Sprache und speziell der cäsarisch-ciceronischen Reform geltend, die von zwei annähernd gleichwertigen Konkurrenzausdrücken nur einen, und zwar den richtigeren, durch Analogie oder den sermo urbanus geschützten fortleben lassen wollte. Wenn das Vermögen, die Kräfte, die Stunden *vollkommen* aufgebraucht werden, so schien sich dafür die Präposition con besser zu eignen, während absumere eher die Abnutzung, d. h. die teilweise Aufreibung bezeichnete. Vgl. unter Proprie, N. 7. Es finden sich drei Konstruktionen: pecuniam consumere in bellum (Liv. Ascon. Curt. Suet.); in scorto, in flagitiis (Scipio Afr.); libidine u. ä. (Sen. Plin. n. h.).

Absurdus ist nichts als eine Verstärkung von surdus, welches von Örtlichkeiten gebraucht das Unakustische bezeichnet; die vox absurda ist demnach der scharf artikulierten, eine bestimmte Tonhöhe festhaltenden entgegengesetzt und streift an das dumpfe Brummen. Man könnte glauben, das Kompositum sei durch die Analogie von absonus begünstigt gewesen; doch ist nach den uns erhaltenen Resten der Litteratur absurdus älter. Es ist meist in übertragenem Sinne gebraucht, aber von einzelnen Autoren (Cäsar) vielleicht absichtlich vermieden, von Livius selten gebraucht worden. Cicero hat den Superlativ absurdissimus nicht gebildet, sondern sich mit perabsurdus, perquam absurdus beholfen.

Die Substantivierung des Neutrums absurdum ist erst spätlateinisch; die Redensart ad absurdum deducere gar nicht antik. Statt der regelmäfsigen Konstruktion absurdus ab aliqua re hat Augustin nach Analogie von dispar u. ä. geschrieben: absurdus humano sensui.

München. **Eduard Wölfflin.**

Abundabilis — Abundus.

Abundabilis, -e. πληθωρικός. Cass. Fel. 38 si plethoricum corpus habuerint aegrotantes, *quod nos latino sermone abundabile dicimus.*

Abundans, abundantior, abundantissimus. *Participium verbi abundare.* Corp. gloss. IV 302, 31 Abundans affluens. Lib. gloss. Abundans — dives, locuples; pecuniosus, cupiosus *(copiosus)*, opulentus; opimus; potens vel profluens. Corp. gloss. II 464, 43 Ὑπερπλεονάζων abundans; II 405, 2 *Περισσότερος* abundantior; II 403, 45 *Περιουσιώτερος* ⟨abun⟩dantior. — Gell. 1, 22, 7 'Superesse' non simplici ratione dici tam Latine quam Graece: Graecos enim περισσόν in utramque partem ponere, vel quod supervacaneum esset ac non necessarium, vel quod abundans nimis et afluens (affluens) et exuberans. *Hoc, quod Gellius de 'superesse' et 'περισσόν' dicit, in ipsum quoque participium 'abundans' cadit; nam hoc quoque significare potest 'supervacaneus ac non necessarius'.* Hier. d. nom. hebr. Patrol. 23, 808 Sanam abundans; 809 Zabdi fluxus vehemens sive abundans; 1 Mich. 1, 10 Symmachus vertit „non est egressa habitatio abundans.“ ~ Nam 'habitatio abundans' iuxta illud accipiendum, quod et supra iam diximus 'habitatio pulchra'. ~ Samaria quippe in pulcherrimo Iudaeae et *uberrimo* sita loco. Macr. sat. 5, 20, 11 πολυπίδακα significat fontibus abundantem. Cassiod. ps. 25, 10 dum copiosum dicitur peccatum, abundantissimum esse monstratur; ps. 143, 15 „Oves eorum fetosae, abundantes in egressionibus suis.“ Fetosum videntur habere peculium. Abundans quippe dictus est ab unda quasi redundans. Schol. Iuv. 10, 302 „tribuat natura benigna | Larga manu“. 'Larga' abundans. Prob. app. Gr. L. IV 196, 26 K. Locutio cum genetivo casu haec convenire reperitur: ~ dives pecorum, lactis abundans. Arus. Gr. L. VII 449, 5 Abundans illius rei, Verg. in Buc. (2, 20) nivei quam lactis abundans; a. illa re, Cic. pro Corn. quis tam abundans copiis.

I. Proprie. *Extra ripas diffluens. Deinde quod magnam vehit vim aquae.* Lucr. 1, 283 mollis aquae fertur natura repente | Flumine abundanti. Plin. n. h. 2, 227 (fluvius) abundantior aestate. Front. d. aquaed. 91 (Anio) inprimis a.; 72 Claudia abundantior aliis. Amm. 23, 6, 43 regiones Choatres fluvius interscindit ceteris abundantior; 24, 3, 10 locum arva aquis abundantibus fecundantem. Aug. d. lib. arb. 2, 13, 35 cum aestu aridis faucibus ad fontem abundantem salubremque perveniunt. Heg. 4, 17, 1 W. Est iuxta urbem fons a. atque idem uberior ad potum, pinguior ad inrigandum. Favent. 287, 9 R. a. aqua; 290, 2; 291, 8. — Vitr. 5, 9, 6 sub terra cum (sit) palustris abundantia, ex his nullus surgit umor, sed in apertis ∾ locis *ex umidis et abundantibus* excitat umores.

II. Translative. 1. *Expressa imagine.* Cic. Tusc. 1, 64 eloquentiam *fluere* a. sonantibus verbis; rpbl. 2, 34 abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium (influxit in urbem). Val. M. 2, 2, 3 Conspicuae felicitatis Arpinas municipium, sive litterarum gloriosissimum contemptorem (*sc.* Marium) sive abundantissimum fontem (*sc.* Ciceronem) intueri velis. Aug. ep. 177, 19 Utrum etiam noster, licet *exiguus*, ex eodem quo etiam tuus (fons) abundans (*sc.* litterarum) emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus; app. serm. 112, 1 de sanctarum Scripturarum *copiosis fontibus* etsi non abundantes rivulos, certe vel qualescunque guttulas poterimus sanctis animabus vestris infundere. — Sil. 13, 759 nullo non tempore abundans Umbrarum huc agitur torrens. Macr. sat. 5, 1, 4 In Cicerone vestro unus eloquentiae tenor est, ille abundans et *torrens et copiosus.* Acr. Hor. c. 4, 2, 5 *Torrenti fluvio* Pindari comparavit ingenium, significans eum et in dicendo citum et sensibus abundantem.

Fronto 2, 2 N. M.: istae litterae ad me tuae ∾ tanta benignitate *scatentes*, tanta adfectione abundantes.

2. *Sine imagine. Copiosus, largus. A.* Plenus, refertus, largiter instructus, **praeditus, locuples.** a) *Cum ablativo.* α) Aliquis. Acc. trag. R. 685, 224 R. neque vi tanta quisquam est neque tam abundans fortunis. Cic. Marc. 8 domuisti gentis ∾ omni copiarum genere abundantis; off. 3, 25 vivere ∾ abundantem omnibus copiis; off. 1, 78 vir a. bellicis laudibus. Ambr. ps. 118, 21, 20 laudibus saecularibus. Val. M. 7, 2 ext. 2 non erit ille divitiis et honoribus a.; 9, 14, 5 Messala ∾ omnibus honoribus a. Quint. 11, 1, 21 opibus. Amm. 29, 5, 28 (mulier)

a divitiis et destinatione feminea. Hier. Patrol. 30, 335 C. extraneis facultatibus. Aug. d. civ. D. 10, 16 ut sine hac quibuslibet aliis bonis *praeditum* atque abundantem non dubitet ~ infelicissimum dicere; 3, 11 Numa pace a., sed quo donante nesciens; serm. 41, 5 vident aliquem deliciis temporalibus *affluentem*, a. in terra. Ennod. 59, 10 V. cum sis a. naturae bonis. — Vitr. 1, 5, 8 abundantes liquido bitumine. Curt. 9, 2, 10 abundantes onustosque praeda. Quint. 5, 10, 26 neque enim idem credibile est in divite et paupere, propinquis, amicis, clientibus abundante et his omnibus *destituto*. Ambr. hex. 3, 7 amicis a., *stipatus* clientibus; en. ps. 36. Liv. 4, 18, 4 Veiens multitudine a.; Curt. 4, 16, 2; Iust. 18, 3, 6 a servis multitudine abundantibus. Amm. 28, 2, 11 (incolae) *nimium quantum* numero et exquisitis fallaciis abundantes; Heges. 3, 6, 25. August. Patr. 42, 434 soror filiis a.

Cic. Brut. 234 cum esset nec peracutus ~ nec a. verbis *(copiosus)*; de or. 2, 93 sententiis magis quam verbis abundantes (Pericles, Thucydides); 2, 58 eruditissimus et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus. Amm. 23, 6, 80 Persae abundantes inanibus verbis insanumque loquentes. Cic. de or. 1, 22 Graecos homines non solum ingenio et doctrina sed etiam otio studioque abundantes; 3, 122 (in possessionem) abundantes otio *nobis occupatis* involaverunt; Pis. 62 tu ~ abundantior consilio, ingenio, sapientia quam Crassus. Vitr. 7, 1, 10 (scriptores) egregiis ingeniorum sollertiis ex aevo collatis abundantes. Aug. serm. 37, 3 docti, abundantes scientia.

Plin. n. h. 11, 154 defluere (palpebras) haud immerito venere abundantibus tradunt *(iis qui nimis veneri indulgent)*. Hier. Patrol. 30, 694 A Unus Dominus omnium et a. misericordiâ et salute habet unde largitur. Isid. alleg. S. Script. 210 homo a. peccatis.

β) Aliquid. Cic. d. nat. d. 1, 114 illam abundantem bonis vitam. Val. M. 3, 3 patientiam non minus generoso spiritu abundantem. Pacat. Paneg. L. 12, 13 aulam ~ laboris patientiae frugalitatis exemplis abundantem. Hier. Patrol. 23, 1457 C amoenitatem paradisi ~ omnibus bonis a. Prud. c. Symm. 2, 887 viae facies a. luce perenni. Vitr. 1, 1, 11 disciplina eruditionibus variis. Porph. Hor. s. 1, 10, 5 (versus) iocis et amaritudine abundantes.

Lucr. 5, 815 Herba cubile | Praebebat multa et molli lanugine a. Manil. 1, 858 Ignibus usque adeo natura est omnis a.

Vitr. 2, 9, 8 quercus terrenis principiorum satietatibus abundans *parumque habens* umoris. Plin. n. h. 16, 43 taeda ~ abundantior suco quam reliqua, *parcior* liquidiorque quam picea. Apul. met. 4, 3 alvus crudis oleribus a.

